



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]
voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. X. De Officio Cavponvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

quam psalmo De profundis, aut preicatione Dominica, & salutatione Angelica saepius repetita intimo religiosi cordis affectu perorabit, ut defunctorum animæ e purgatorijs supplicijs erexitæ; Dei misericordia ad sempiterna cœlestis vitæ præmia perducantur.

Parochi præterea, quod magis, atque magis huius pietatis studium exar-
descat, saepè accurata cohortatione ad illius studium, usumque perpetuum,
parochiales suos instruimare studeant; & quod magis eosdem eliciant, indul-
gentiam proponant ijs concessam, qui sono campanæ moniti, atque excitati
ad orationem pro mortuis pie recitauerint psalmum De profundis; aut ora-
tionem Dominicam, salutationemq; Angelicam ter dixerint, cuius Indul-
gentiae pontificias literas, Ut Parochi aliquando de scripto euulgent, in fi-
ne huius libri impressas extare voluimus.

Litteræ
datae sub
die 10.
Aprilis.
1580.

DE OFFICIO CAUPONVM

Tit. X.

Quæ monita cauponibus, & qualiter proponenda sint. Cap. I.

 FFENSIO NIVS & peccatis, quæ in cauponis committi solent,
pastoraliter iam cura & officio occurrentum est; Ut erexitæ cor-
ruptelis salutariter consulatur vitæ christiana moribus. Quæ
obrem, cum Episcopus cuius officium est in omnium cuiusvis ge-
neris hominum curam incumbere; tum Parochus etiæ si quas,
vel cauponas, vel tabernæs intra parochiæ sue fines habet, quam sæpissime
ijs, qui cauponariam tabernariam ve exercent monita proponat, quæ infra
eorum vitæ christiana, christianisq; moribus præscribuntur, ad eorum salu-
tem procurandam.

Primum igitur caupo non solum familiæ suæ, sed etiam hospitiis peregrini-
nis, alijs ve, quos hospitio exceperit, & urbis, & uitæ exemplis, & humanita-
tis officijs prodeesse studeat; ita ut eius familia, quiq; in famulatu ipsius sunt
cateris pietatis, castitatis, modestiæq; specimen, atq; indicium dent. Proinde
impudicos homines, eiusve infamiae nota inquinatos, blasphemos, concubina-
rios, eiusve nomine suspectos, aleatores, publicosve lusores, & id generis nebu-
lones, qui aduenas, atq; hospites, dolis, fallacijsq; decipere solent, & familia do-
moq; sua ejiciat: quorum loco in familia famulatuq; pios homines disciplinæ
christianæ studiosos habeat, qui aduenas ad orationem Vespertinam inuitet,
quam is domi suæ curet nullo Unquam pacto statuta hora pretermitti.

Sacrae imagines in cubiculis habendæ, obscenæ omnino tol-
lendæ. Cap. I I.

IN cauponæ uestibulo, porticuve, & in singulis præterea cubiculis sacram
imaginem apponere ne omittat; prophana autem omnia, ac turpiter ob-
scenæq; inscripta, picta, ue, inde amoueat omnino.

Quos apud se diutius hospitari non permittant.

Cap. I I I.

Nelenones, meretrices, historiones, mimos, & cæteros malæ conditionis homines, nugatoresve apud se diutius hospitari patiatur.

Erga religiosos, clericosve & pauperes qualiter se gerant.

Cap. I I I I.

Religiosos, & Ecclesiasticos homines ad se diuertentes, separatis si commode poterit, presertim à fœminis hospitio, mensaq; exceptis: in honore habeat, nec verbis, factisve uiolari patiatur; pauperibus item se talem præstet, qualem se præbere christianum hospitem decet.

Hæreticos denuncient, cibos vetitos ne præbeant. Cap. V.

Hæreticos verò si quos diuertisse animaduertet, illico denunciet, nec ullo pacto, feria sexta, & Sabbatho, alijs item præscriptis diebus vlli uetitos cibos, quo quis prætextu præbeat.

Mensæ benedictio, & gratiarum actio adhibeatur. Cap. VI.

Mensæ initio ab hospite, nol ab aliquo familiari benedici curet, adhibet in fine etiam gratiarum actione.

Quos virum, & fœminam simul cubare non permittatur.

Cap. V I I.

Ne virum simul, & mulierem cubare sinant, quos suspicetur matrimonio copulatos non esse.

Qualiter ægrotum denunciet. Cap. V I I I.

Si quem dum in caupona uersatur, in febrim, morbumve incidere contigit, de eius ægritudine statim parochum certiore faciat, qui illuminat, & spiritualia remedia, eidem quamprimum impertiatur.

Se verè Christianum exhibeat. Cap. I X.

Cumque denique Christianus, ita in hospitiij munere agat, ut æquitate, similitate, & charitate utatur, & per opera iustitiae progrediens damnationem æternam fugiat, ac in æterna tabernacula recipi mereatur.

DE OFFICIO MILITIS. Tit. XI.

Christianorum militum disciplina his temporibus eo prolapsa est, vt in multis Dei offenditionibus, que à militum corruptelis existunt, opere premium etiam sit in vigiliari Episcopalibus monitis'. Quæ